



## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

13. Conclusio. Non semper corporaliter feruntur ad conuentus, sed quandoque fiunt illusiones in imaginatione & phantasia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

aliqua virtus ex rei natura inest vnguentis.  
Respondeo : hoc non probat aliquam virtu-  
tem vnguentis inesse, sed tales ex aliqua inside-  
litate, & quasi fiducia implicitè in dæmonem  
habita id tentasse, & ita opera Diabolitalem  
translationem effectam. Si quis autem fortifi-  
de instructus, in confusionem diabolicæ ma-  
chinationis, ad docendum & confortandum  
alios, nihil virtutis inesse huiusmodi naturali-  
bus, ad tales effectus vtatur, procul dubio nul-  
la translatio sequeretur. Proxime conclusioni  
obstare videtur cap. Episcop. 26. q. 5. sed huic  
respondebitur infra in fine tractatus, in solu-  
tione argumentorum.

13. Conclusio. *Non semper corpora  
liter feruntur ad conuentus, sed quandoque  
funt illusiones in imaginatione & phan-  
tasia.*

**I**N hac Conclusione non est Controversia.  
Quando tamen fit illusio, maleficorum ac-  
cedit consensus, quia vt declaratum in prælu-  
dijs 3.4. & 5. ad maleficia requiruntur coniunc-  
tum Dæmonis potestas, & peruersa malefici  
voluntas. Per consensum autem intelligo,  
tam implicitum, quam explicitum volunta-  
tis actum. Et, si per impossibile, ita Deo per-  
mittente, sensum tam exteriorem quam inte-  
riorem somno supprimeret Dæmon, vt intel-  
lectus

lectus non aduerteret, & voluntatis consensus, qui præsupponit intellectus dijudicantis actum, non accederet, ut accidit in phreneticis & somniantibus: homo non peccaret: quia peccatum ex sua natura voluntarium esse debet, vel in se, vel in sua causa: & sic

Diabolus in huiusmodi actibus  
non assequeretur suum  
intentum.

(...)



## SECVN.